



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**In Causa Religionis Miscellaneorum Libri Tres In Diuersos  
Tractatus antea non æditos, ac diuersis temporibus,  
locisq[ue] scriptos digesti**

**Cochlaeus, Johannes**

**Ingolstadii, 1545**

**VD16 C 4328**

V. Ad sex articulos protestantium, quos pro omnio necessarijs habe[n]t,  
Responsio Io. Cochl[a]ei, Cui pauca sunt adiuncta, Ex oratione oratoris  
Regis Franciae, scripta Hagenoiae Anno. 1540.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-29563**

# MISCELLANEO

## RVM LIBRI TERTII

*Tractatus Quintus.*

SEX ARTICVLI PROTESTANTIVM  
quos tanquam necessario retinendos proponunt,  
Quæ itaq; interim necessario pijs retinenda  
ducimus, hæc sunt.

I.  
Iustificatio.



Primum est doctrina de iustificatione, quæ  
ex sola misericordia dei per meritum Christi,  
dum hæc misericordiam in Christo domino certa  
fide amplectimur, remissionem peccatorum,  
gratiam Dei, et vitam æternam consequimur et  
hæc sola fiducia misericordiam nobis per Chri-  
stum reconciliatæ certi & securi de salute reddimur. Quan-  
quam enim hæc fides non possit efficax esse per dilectionem  
ad bona opera, quæcumque Deus præcepit, et Deus hæc opera  
quoque liberalissime remuneret presentibus & futuris bonis.  
Conscientia tamen, dum hic uiuit, semper peccati conscia,  
qui legi nunquam satisfacimus, sola Christi redemptione ac-  
quiescere potest, & de gratia dei certa fieri.

Missæ.

II. Secundum est legitima sacramentorum administratio, ut illis  
redemptio & communio Christi populo cum clare tum certo exhibeatur,  
idque ita ut dominus instituit. Quare eam tamen missarum rationem  
in Ecclesijs recipiendam credimus, quam populo redemptio Christi  
atque communio et religiosa prædicatione explicetur, et sacramento  
utroque præbeat. Nec aliam rationem missarum sancti patres nouerunt  
tanquam

tanquam ut missæ illæ priuatæ & dimidiata Sacramento  
rum dispensatio ullius autoritate Concilij uel probati auto  
ris in ecclesiam irreperint, ut extant & Canones & leges,  
quibus si parere libet, ut debemus, Nam scripturæ dei con  
sentiant, nullus in ecclesijs istis inuentis locus, relinquatur.

Tertium est, disciplina Euangelica, uerus usus clauium, III.  
ut ij qui peccant, ad pœnitentiã & uitæ correctionem addu  
cantur, & qui pœnitentiã aspernant, communione ecclesiæ  
abstineant, quiq; admissa pœnitentiã in uitam redeunt, absolu  
tione erigantur & confirmantur. Pœnitentiã.

Quartum est, sine quo nulla uera reformatio cõstitui po  
test, Institutio legitima ministrorum Ecclesiæ, qui munus IIII.  
suum digne obeant, & inculpate uiuant, iuxta Canonem Reformatio  
D. Pauli & conciliorum decreta, ex eo Canone deducta.

Quintum, quod item concedi non potest, est libertas sa  
cri coniugij, facienda omnibus, quibus eo opus est ad pure V.  
uiscendum, quicquid ij aut uouerint, aut legis in se receper  
int, Nam nec uouerit pte à quoquam nec præcipi cuiq; po  
test quod laqueo sit, ut celibatus necessario est omnibus qui  
uerbum de ijs qui eunuchi esse uolunt propter regnum cœ  
lorum non capiunt. Certe si uere castos ecclesiarum minis  
tros requirimus, ut res nunc habent in ecclesia, ipsa nos ne  
cessitas adigit, ut libertatem coniugij, quam scriptura con  
cedit, & ecclesia adhuc tempore Niceni Concilij retinebat,  
ministris ecclesiæ restituamus, nihil etiam intempestiuam &  
ingrata deo uota morari, quorum etiam D. Cyprianus nos  
luit rationem haberi in ijs qui se non possent aut nollet res  
tineri. Nam quicquid homo uouerit, semper uerum manet  
uerbum domini per Paulum, melius est iungi matrimonio  
quam uri.

Sextum est, Christiana libertas permittenda Ecclesijs in VI.

ss 3 ritibus,

ſeruis, qui non ſunt certo & expreſſo uerbo à Deo præcepti, ſed pro cuiuſq; populi conditione ad ornandum ac prouehendum ſacrum uerbi & ſacramentorum miniſterium inſtituuntur. Item libertas utendi ijs quæ deus hominibus ad ſumendum cum gratiarũ actione condidit. Quam tamẽ libertatem ſic moderari oportet, ut ad ædificationem fidei & morum ſeruiat, nec fenestram aperiat ulli perturbationi in eccleſia uel licentiæ carnali. Iſta ſex ita neceſſaria Eccleſijs ſũt, ut ſine eis nec eſſe eccleſia nec Chriſti religionem retinere poſſit, Idq; ſic habere, non ſolum ſcripturis, ſed etiã clariffimis ueteris Eccleſiæ testimonijs euinci & probari poteſt.

IO. COCHLAEI AD VI. ARTICVLOS,  
quos pro omnino neceſſarijs habent Proteſtantes, reſponſio.

Inquiſſima  
Contentio  
de Sola fide.

**D**Octrina de iuſtificatione facile concordabitur, ſi non contendatur, ſolam fidem iuſtificare, & omittatur affectata uerborum nouitas, & retineatur potius uetus dicendi modus, quo uſi ſunt patres noſtri antiqui S. Iacobus, S. Cyprianus, S. Auguſtinus De fide & operibus, Si fides uera nunquam eſt ſine bonis operibus, ut ipſi dicunt, Quid opus eſt, addere hanc uocem ſola, ut excludat à fide opera? Hoc enim intendunt potiffime, quando dicunt, ſola fides iuſtificat, ut à iuſtificatione opera excludant. Quoniam uero, propoſitio illa, Sola fides iuſtificat, reprobat à S. Iacobo, & à S. Aug. expreſſis uerbis, & multã in populo bene agendi negligentiam generat, atq; etiam certiffimis rationibus Dialecticæ falſa eſſe conuincitur, Quia ſi ſola fides iuſtificaret, ſequeret̃ q; nec Deus, nec gratia, nec charitas, nec Sacramentum baptiſmi aut penitentiæ

pœnitentiæ iustificaret, quia nihil horum est fides, Sequitur sane ex Dialectica, si sola fides iustificat, quod nihil, quod non est fides, iustificet, Sicut sequitur, Solus Deus creat aliquid ex nihilo, Ergo nihil, quod non est Deus, ex nihilo aliquid creat. Rectius igitur omittitur hæc de sola fide contentio & dicendi nouitas, ut maneamus unanimiter in antiqua S. Iacobi & Augustini, totiusque Ecclesiæ sententiâ.

Nempe, ut non Baptizatus peccator per fidem & Baptismū iustificetur, Baptizatus uero peccator iustificetur per fidem & pœnitentiæ Sacramentum. Hoc breuiter dictum est, & neminem scandalizat, nec est contra ullam scripturam, nec misericordiæ Dei, aut merito Christi derogat, sine quibus utiq; nec fides nec Sacramenta per sese tantæ forent aut esse possent efficacitæ, ut peccatorem iustificarent sine gratia Dei & merito Christi.

De iustificacione breuis & uera sententiâ.

Quod autē aiunt, nos hac fiducia misericordiæ certos & securos de salute reddi, simile est illi Lutheri Doctrinæ, quæ homo Baptizatus salutem perdere non possit, nisi nolit credere, quia per fidem Baptismi dum credit aut recordatur se Baptizatum esse, statim omnia peccata absorbeantur, Et adhuc audacius ait Philip. Mel. in methodo sua & in comment, ad Ro. Eos qui dubitant, an consecuti sint remissionem peccatorum & deo placeant, atq; in gratia eius sint, non esse Christianos sed Ethnicos, nec recte inuocare Deū & c. At huiusmodi temeraria de uita æterna præsumptio certitudinis & securitas, toti repugnat scripturæ & uet. & no. testam. Quia in prophetis sepe adijcitur dubitationis uocabulum Quis scit, forte, forsitan, ut Dan. 4. Ionæ 3. Iohel 2. Iudith 7. Et Eccle. 9. apertissime dicit, Nescit homo an amore aut odio dignus sit. In nouo quoq; test. Ait ipse dominus, Mat. 7. Non

An homo Christianus certus sit, se Deo placere;

Non omnis qui dicit mihi domine domine, Item Angusta est uia &c. Et Paulus Ro. 9. Non est uolentis neq; currentis. Et 11. Tu fide stas, noli altū sapere, sed time &c. 1. Cor. 4. Nihil mihi conscius sum, sed non in hoc iustificatus sum.

Præterea, dum aiunt, conscientiam sibi semper peccati consciam esse, quia legi nunq̄ statiffacimus, Hoc alludit ad illos reprobos Lutheri articulos, q̄ Iustus in omni opere bono peccet, q̄ nobis impossibile sit legē implere &c. At iam dictum est, q̄ Paulus ait, Nihil mihi conscius sum. Ergo conscientia non est sibi semper peccati conscia. Et Luc. 1. q̄ parentes Iohannis Baptistæ ambulauerint in lege domini sine querela. Mar. 9. q̄ credenti sunt omnia possibilīa, Et Phil. 4. Omnia possum in eo qui me confortat. Et sancti Doctores Hiero. & Aug. dicunt, grauem esse blasphemiam, dicere, q̄ Deus nobis impossibilīa præcepit. Quia Tyrannicum est, subditis impossibilīa iniungere aut præcipere. Triagif sunt in primo articulo, quæ debēt corrigi, primo, Nedicat, sola fides iustificat, Secūdo, ne dicant, Nos fiducia misericordiam certos reddi de salute. Tertio ne dicāt, Nos legi nunq̄ satisfacere, sed in omni opere bono peccare. Tali enim dicta non ædificant, sed scandalizant populū Dei.

Abusus  
pessimi

Sacramentorum legitima administratio. Hic uident in oculo nostro festucā, & non uident trabē in oculo suo. Ipsi, n. maxime illegitime administrant sacramenta, ut pote foris, extra Ecclesiam, in schismate & rebellionē. Hic est omnium pessimus abusus. In Missa præterea utrumq; Canonem reprobant & omittunt, Cōmunionem unius speciei uocant dimidiatam dispensationem, cum tamen extra missam semper in Ecclesia fuerit in cōmunionē Infirmorum, Eucharistiam pro infirmis non reseruant, sed circa infirmum lectulum dicunt repente sine missa uerba consecrationis super

per

per panem & uinum, & mittunt ea in os infirmi, & plerumque residuum calicis, quod infirmus non ebibit, fundunt in terram. Nec retinent numerum 7. Sacramentorum, altaria demoluntur, missas priuatas abrogant, In baptismo Chrisma & oleum aliaque multa omittunt & despiciunt, quæ semper tamen in Ecclesia fuerunt. Quomodo igitur super ijs poterimus cum eis concordare? Melius profecto est, si ab his malis cedere & cessare nolunt, ut nos permaneamus conformes cum reliquis nationibus, quam ut accedamus eis, & simul cum eis siamus schismatici, & eorum schisma augeamus. Si dixerint, nos in ijsce capitulos esse, dicamus eis, ut ipsi prius ab alijs Nationibus de ijs conueniant, si ab alijs Nationibus consensum habuerint & à Roma. Pont. (quod est impossibile) nos itidem consentiemus libenter, sed consensum illum nunquam obtinebunt, scio. Magis igitur ipsi quam nos, Capitulos si iure dicentur.

Disciplina Euangelica, uerus usus clauium. Hunc articulum facile admittimus per omnia, si recte intelligatur, sed admonendi sunt, quod maximus est apud ipsos clauium abusus, nam eas committunt multis qui ueri presbyteri non sunt utpote à nullo Episcopo rite ordinati, & per nouum eorum Euangelium omnis Euangelica disciplina euauit, quia in eo non obeditur prepositis Ecclesiarum ordinarijs, et omnis deuotio, timor Dei, uisitatio Ecclesiarum, Oratio, Ieiunium, &c. in populo languet & minuitur.

Institutio legitima ministrorum Ecclesie. Et hic quoque in uerbis nulla est inter nos discordia. In sensu autem maxima, quia legitimam institutionem uocant ipsi, ubi noui eorum uisitatores & superattendentes eligunt & noua benedicendi formula presbyteros & Diaconos instituunt, ubi nullus est uerus Episcopus. Talis autem institutio, ut est maxima

III.  
Clauium abusus.

III I.  
Noua facerdotum ordinatio.

T t xime

me friuola, ita in Ecclesia tot retro sæculis nunquam appro-  
bata aut usitata fuit.

**V.**  
Votū impe-  
dit cōiugiū.

Libertas sacri coniugij. Hic difficillime concordabimus,  
Difficillimum est em̄ nobis, à tam antiqua & lege et consue-  
tudinē totius Ecclesiæ discedere, eisq; consentire, Concupis-  
natus tñ non minus nobis quā ipsi displicet, libenter itaq; si-  
mul cū ipsi consulere in medium uolumus, quomodo tolli-  
queat scandalū istud, Vota autē Monastica, quæ tot utriusq;  
testamenti scripturis sunt fundata, & tot sæculis per omnem  
ecclesiā cōprobata, & in perpetuo usu seruata, calcare iam &  
pro nihilo habere nō possumus. Vt igitur dicere nō possint,  
nos nostra dissensione uelle pacē & unitatē Germanicæ Na-  
tionis impedire, dicamus eis & hic sicut supra art. 2. Vt ipsi  
prius super hac re quærant consensum aliarū Nationum &  
Rom. Pont. sine quorum consensu nos in nouitatem istam  
consentire non possumus, quia faceremus nos alienos ab il-  
larum communione & uere schismaticos.

An uotū cō-  
tinentiæ pro  
laqueo habē-  
dum sit.

Nam quod dicunt, à nemine pie uoueri posse qd laqueo  
sit, Negamus nos, uotū continentiaē laqueo esse secundum  
se, licet per accidēs laqueo fieri queat ijs, qui carnaliter uiuūt  
& concupiscentiæ laxant habenas. Secundū se uero est pul-  
chrum & salubre sanctitatis uehiculum, uereq; pietatis & uir-  
tæ Christianæ adminiculum, sicut expresse docet S. Paulus  
1. Cor. 7. Virgo & innupta cogitat que Dei sunt, ut sit mun-  
da corpore & spiritu. Nec est impossibile uotū illud seruare,  
quod tot Milia Monachorū & Monialium per tot sæcula  
seruarunt. Omnia enim poterunt in eo qui eos cōfortabat  
Phil. 4. Quin etiā Iudæi Essæi, teste Iosepho, & uirgines ue-

Iosephus de  
bello Iudæo  
lib. 2. c. 2.

stales multiq; Gentiliū sacerdotes & flamines perpetuā pro-  
fessi fuerunt cōtinentiā, Quāto magis possibile est hoc Chri-  
stianis, per fidem & gratiam Dei; Credenti em̄ omnia sunt  
possibilia



possibilia Mar. 9. & continentiam petentibus dat Deus Sap. 8. falsum est autem, quod aiunt, libertatem coniugij scripturam concedere contra uotum, eamque tempore Niceni Concilij in Ecclesia fuisse.

Nunquam enim probare poterunt, tempore illius Concilij licuisse ulli sacerdoti Monachoue aut Moniali coniugium inire, Quandoquidem & Apostolorum Canones non omnibus clericis permiserunt nubere, sed his tantum qui in minoribus erant constituti ordinibus. Ceterum Pauli uerbum, Melius est nubere quam uri, alium habet sensum quam ipsi putant, Non enim statim uritur, quem stimulus carnis uexat, sed qui temptatione uincitur, & concupiscentiae consentit, Iuxta illud Iacob. 1. Unusquisque uero tentatur a concupiscentia sua, abstractus & illectus, Deinde concupiscentia cum conceperit parit peccatum. At Paulo, cum uexaretur illo carnis stimulo dictum est, sufficit tibi gratia mea 2. Cor. 12. Hoc & unicuique Ecclesiastico dici posset, si forti animo contra tentationes carni resisteret.

Christiana libertas, Hanc duplicem petunt, in ritibus & VI. in cibis, ut tollant per hoc omnem Ecclesiae statuendi ac prohibendi auctoritatem, At hoc est contra omnem scripturam, Christus iubet audire Ecclesiam Matth. 18. Praelatos, Lucae 10. Paulus Presbyteros & praepositos 1. Thessa. 5. Heb. 13. Apostoli praepserunt abstinere a sanguine & suffocato Act. 15. Paulus iussit tacere mulieres in Ecclesia & uelatae esse, et alij multi statuerunt multa quae ad pietatem & Dei cultum deseruire uisa sunt, Non est igitur haec Romano Pontifici & Concilijs tollenda auctoritas praecipienda ea quae ad populi aedificationem faciunt. Christiana enim libertas liberat a peccato & a seruitute Diaboli Ioannis octauo, & Romanorum sexto, Non autem a iugo praepcepti, quod suaue uocat

Tt 2 ipse

ipse dominus Matth. 11. Ait enim Iohan. 13. Hoc est præceptum meum, ut diligatis inuicem.

**Verba Lut.** Et Lutherus olim in sermone de indulgentiis dixit, quanto plus est præcepti, tanto maior securitas & plus meriti. Et super decalogum scribens, docebat, non esse bonum, sine præceptis esse, allegans illud Iud. ultimo. In diebus illis non erat Rex in Israel, sed unusquisque faciebat quod sibi rectum uidebatur. Hoc autem dicebat Lutherus non esse bonum.

DOMINI LAZARI BAIPHII ORATORIS  
Regis Franciæ sententia, ex eius oratione  
ad Status Imperij habita, Considerata Haganæ, 16. Iulij 1540.

**Primogenitura nominis Regis Franciæ.** Christianissimus Rex, Cum intellexisset diem, ad sedandas Germaniæ controuersias, Spiræ fuisse indistam, moxque iustis de causis hic, ut omnia ad pacem & tranquillitatem deducerentur, memor primæ genituræ nominis sui, statuit nos suo nomine interesse. Accessit ad hoc hortatio Imperatoris Caroli (quem honoris causa nominamus) perpetuo fœdere & amicitia Christianissimo Regi coniuncti, qui (ut quem suo nomine deputaret) amice elz flagitauit, Rex itaque Christianissimus, nos huc sui uice transmittendum statuit, in primisque uobis pariter omnibus salutem & hœlicitatem per nos ex animo precatur.

**Sententia Regis Franciæ Contra Protestantes.** Cæterum, quod ad negocium cum his, quos Protestantes uocant, attinet, Regi Christianissimo nullo pacto consultum uidetur, ut in controuersiam per Germanos trahi debeat id, quod multis iam ante actis sæculis ueterum probatissima dogmata sequentibus signis & miraculis in hunc usque diem nobis tradiderunt. Cum ueteres, doctrina, probitate

tate ac autoritate, longe nos antecesserint.

At si qui adsunt (quos abusus uocant) Quorum non nullos inter nostri ordinis homines esse, inficias non imus, in hoc ut Christianissimus Rex egregiam suam & debitam uoluntatem demonstret, pollicetur omnem operam suam & studium eo collaturum, ut in primis summum Pontificem uti fidelis exoret, ut Rex sui nominis moneat, suadeat & hortetur, ut primo quoque tempore abusus tollantur, in meliusque emendanda refoventur. Nec ueretur, quin sua sanctitas ad hoc sese facilem prebeat. Hoc que medio arbitratu Christi religionem inconcussam fore, quæ ut Christi tunica unita esse debet, simulque Rex Christianissimus pollicetur Germaniæ unitatem, omni diligentia & opera procuraturum. Ad hoc enim multis de causis tenetur. Primogenitura namque Christianissimi nominis sui hortatur simul & origo, quam ex Germanis, non sine animi hilaritate, deduxisse gaudet. Religionem itaque per manus sibi à patrib. traditã, cõseruandã, & uestrũ omnium emolumẽtum ac decorem promouendum, debens ac lubens pollicetur.

Vt tollantur  
Abusus.

Tr 3 MISCEL